



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,  
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus  
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,  
& Decretorum ad Officium ...**

**Urban <VIII., Papst>**

**[Romae], 1645**

Extensio Constitutionis rec. mem. Gregorij Papae XV. reuocatoriae  
co[n]cessionum viuae vocis oraculo factarum. Vrbanvs Papa VIII. Ad  
perpetuam rei memoriam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10826**

Gregorij diuina prouidentia Papa XV. anno eius secundo, retrospectiua Constitutio affixa, & publicata fuit ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. Principis Apostolorum de Vrbe, et in acie Campi Flora, vt moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem.

Octavius Spada Mag. Curs.

Extensio Constitutionis rec. mem. Gregorij Papæ XV. reuocatoria cōcessionum viuæ vocis oraculo factarum.

VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**A**lias fel. rec. Gregorius Papa XV. prædecessor noster, vt subnascensibus iugiter varijs difficultatibus, & abusibus ex priuilegijs à Sede Apostolica viuæ vocis oraculo sæpenumero concessis obuiam iret, Constitutionem edidit tenoris subsequen. videlicet. GREGORIVS PP. XV. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex in specula militantis Ecclesiæ. Reliqua vide sup. fol. 104.

S. I. Cùm autem experientia rerum, magistra compertum sit, concessiones,

&

Edita An. D  
1631.

[Causa huius  
extensionis.]

& gratias viuae vocis oraculo, etiam à S.R.E. Cardinalibus obtentas, & ipsorum manu firmatas sæpe ab his, in quorum fauorem emanarunt, minus canonica interpretatione extendi, & perperam in disciplina ecclesiastica detrimentum executioni demandari: Idcirco, quatum cum Domino possumus his, & alijs malis occurrere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, & de consilio nonnullorum venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, quibus negocium huiusmodi maturè discutiendum commisimus.

Hoc negotium nonnullis S. R. E. Cardin. commissum fuit.

Reuocatio generalis.

§. 2. Omnia, & singula priuilegia, facultates, licentias, & gratias quascunq; per Summos Pontifices prædecessores nostros, ac per Nos viue vocis oraculo, & S.R.E. prædictæ Cardinalium quoruncunq; manu firmata, quibuscunq; Generalibus, Prouincialibus, cæterisque Superioribus, & personis cuiusuis Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, siue regularibus, vel etiam ipsis Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Societati IESV, aut eius Clericis, seu Presbyteris, alijsq; personis prædictis quacunque de causa, etiam de necessitate exprimenda, occasione, prætextu, vel colore, etiam intuitu,

tu, contemplatione, seu ad instantiam Imperatoris, Regum, & Principū quorumcūque, aut alias quomodolibet concessa, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, tenore præsentiam, reuocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac de cætero reuocata, cassa, sublata, abrogata, & annullata, viribusque, & effectu vacua esse, & fore, nullique prorsus deinceps suffragari posse, nec debere declaramus.

§. 3. Præterea, vt præsentibus litteræ omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, quanto citius innotescant, omnibus, & singulis Generalibus, & alijs quocunque nomine nūcupatis Superioribus quorumcūque Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis IESV, & Institutorum, sub excommunicationis, ac priuationis officiorum, & dignitatum, necnon vocis actiua, & passiuæ pennis ipso facto incurrendis præcipimus, & mandamus, vt infra tres menses proximos à die publicationis præsentium computandos, omnes, & singulos Prouinciales eorundem suorum Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis IESV, & Institutorum, de eisdem præsentibus litteris certiores faciant, earundemque præsentium exemplaria illis transmittant.

Qui

Præsentibus  
litteris  
certiores  
faciant  
omnes  
Prouinciales  
suorum  
Ordinum.

Mādat ut stri-  
ctè omnibus,  
ad quos spe-  
ctat, vt de  
præsentibus  
litteris cer-  
tiores faciāt  
omnes Pro-  
uinciales suo-  
rum Ordinū.

Qui quidē Prouinciales sub eisdem pē-  
nis teneantur singulis Superioribus Mo-  
nasteriorum, Conuentuum, Collegiorū,  
Domorum, & locorum regularium p̄-  
cipere, vt easdem p̄sentes subditis suis,  
vt moris est publicent.

Decernitur,  
vt p̄sentes  
litteræ sem-  
per validæ,  
firmæ, & effi-  
caces existāt

§.4. Decernentes p̄sentes litteras  
etiam ex eo quod quicumque in p̄mis-  
sis interesse habentes, vel habere p̄-  
tendentes ad hoc vocati, et auditi non  
fuerint, de subreptionis, vel obreptio-  
nis vitio, aut intentionis nostræ, seu alio  
quopiam defectu notari, impugnari, in-  
validari, redargui, in ius, vel controuer-  
siam vocari, aut ad viam, et terminos  
iuris reduci, siue aduersus illas quodcū-  
que iuris, gratiæ, vel facti remedium im-  
petrari nullatenus posse; sed illas sem-  
per validas, firmas, et efficaces existere,  
et fore, suosq. plenarios, et integros ef-  
fectus sortiri, et obtinere: sicq. per quos-  
cunque Iudices ordinarios, et delegatos,  
etiam causarum Palatij Apostolici Au-  
ditores, sublata eis, et eorum cuilibet  
quauis aliter iudicandi, et interpretandi  
facultate, et auctoritate, iudicari, et diffi-  
niri debere; ac irritum, et inane si quid  
secus super his à quoquam quauis au-  
toritate scienter, vel ignoranter conti-  
gerit attentari.

Contrariorū  
derogatio.

§.5. Non obstañ p̄insertis litteris  
hu-

huiusmodi, ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, et quatenus opus sit, etiam regula nostra de non tollendo iure quæsito, privilegijs quoque, indultis, et litteris Apostolicis, eisdem, Cardinalibus, ac Ordinibus, Congregationibus, Institutis, et Societatibus, eorumque Superioribus, quocumque nomine nūcupatis, sub quibuscumque verborum formis, et tenē, ac cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, et insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, et sufficienter expressis habentes, specialiter, et expressè derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque.

§ 6. Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, et sigillo

Transumptorum fides.

H gillo

gillo personę in dignitate ecclesiastica, constitutę munitis, eadem prorsus vbi- que fides adhibeatur, quę presentibus ip- sis adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę: quodque eędem presentes litte- rę, siue illarum exempla ad valuas Ba- silicarum predictarum, et in acie Campi Florę huiusmodi similiter affixa, omnes, quos concernunt, perinde arctent, et af- ficiant, ac si vnicuique personaliter inti- matę fuissent.

Dies publica-  
tionis An 9.  
20. Decemb.

Dat. Romę apud S. Petrum sub An- nulo Piscatoris die 20. Decembris 1631. Pontificatus nostri anno nono.

*M. A. Maraldus.*

*Die & Anno supradicto affixa, & publi- cata fuit ad valuas Basilicarum San- cti Ioannis Lateranen., & Principis Apostolorum, ac in acie Campi Florę, alijsq. locis solitis, & consuetis, ut mo- ris est, per Andream Scalmanum, S. D. N. Papę Cursorem.*

X L.

Renocatio quarumcumque licentiarum legendi, et habendi quomodolibet li- bros prohibitos quibuscumque perso- nis ab omnibus, etiam Romanis Pon- tificibus concessarum.

GRE-